



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 72. Quesnelistarum motus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Noaillio, ut Regi promiserant, satis- Sæc. XVIII.
facerent, & injuriam, si quam irrogas- A.C. 1711.
sent, deprecarentur. Verum Cardina-
lis, insuperhabitibus plurium sollicitatio-
nibus, horum consilia sequi, sibi minus
decorum ducebat: quocirca Rex Ru-
pellensi & Lucionensi Episcopis facul-
tatem dedit, ut suam caussam Romæ
prosequerentur, qui etiam Abbatem
Chalmettreum Canonicum Rupellen-
sem & Jourquetum ad summum Pon-
tificem decrevere, quorum tamen po-
sterior, postquam anno sequenti Mense
Octobri Romam venerat, paucis post
diebus mortuus est.

§. LXXII.

Quesnelli starum motus.

Tum vero Quesnelli fautores, cum *Docum.*
Magistri sui librum Pontificalia si- *Pastor.*
mul & Regia auctoritate damnari præ-
viderent, omnes fraudum & menda-
ciorum fontes exhauserunt, ut nova
diffensionum semina Papam inter & Re-
gem, ipsosque hujus caussæ censores
disseminarent: Præprimis igitur quem-
dam subornarunt, qui reflexiones in
Pastoralem utriusque Episcopi Instru-
ctionem typis ederet: Hæ brevi pu-
blicam aspexere lucem, earumque Au-
thor fingebat, perinde acsi aliquamdiu,

U 2

du-

Sæc. XVIII. dubius hæsisset, an eas divulgaret, en
A. C. 1711. quo autem Delphinus, accersitis in
 consilium Viris doctis, pastoralem
 „Episcoporum instructionem emenda-
 „tione indigere censuisset, suas reflexio-
 „nes fore utiles crediderit., Nimirum
 palmare erat hoc mendacium, ut ab
 Episcopis Lucionensi & Rupellensi di-
 simulari potuisset, mox ergo ipsum ac-
 cessere Delphinum, qui fallaciæ ad-
 monitus ad Episcopos rescripsit: mirum
 se vehementer, atque indignari, quod ipsius
 personæ tam aliena suis moribus affingeret-
 tur; ab eo se plurimum abesse, ut vel
 de Episcoporum doctrina ferre judicium
 posse nos ac debere totum illud commentum
 mendacii, ac calumniae palam arguere,
 nihilque caussæ esse, quod dubitemus, ipsius
 in testem appellare, ut qui neget, quidquid
 sibi tale in mentem venisse, ab autore prolatione
 graviterque falsis his rumoribus offendatur.

§. LXXIII.

*Delphino a Quesnelis falso im-
 putata.*

Postquam vero præfati Episcopi dictas
 reflexiones solide confutaverant,
 earumque Authorem tredecim mendaciorum
 convictum repulerant, Quesnelis
 fraudibus feraces, cum verita-
 tem argumentis expugnare non possent,

ipi